

Dominica prima

* RADVLPHI ARDENTIS in A iudicij affligen-
tia, I. ab igne punietur, lucem abscondendo, incendendo, non
Epist. lectionem Hora est iam nos de somno
surgere Rom. 12. Homil ad Christi Ad-
uentum expectandum nos cum Apost. hortatur dicens. I. A somno naturæ; mortis, & peccati surgendum, dum vi-
uimus, valemus & peccare possumus, non autem horâ sera quæ est mortis, ne-
que infructuosa, quæ est post mortem. II. A somno peccati citò surgendum; quia instant tempus salutis nostra, siue sit dies mortis, siue iudicij. III. Per poenitentiam, fugiendo vitia, & sequendo virtutes à somno peccatorum esse sur-
gendum. a fol. 1 pag. 1 ad fol. 4 pag. 2.

Eiusdem in Euang. Marc. 1. ita ha-
bentem. Initium Euangeliū Iesu Christi filij
Dei, &c. homilia; in quâ Primo Euan-
gelium bonam esse annunciationem de
fide & moribus, ad salutem, ostendit,
Euangelium Iesu Christi filij Dei dici
debet probat, quia ipius est auctor, materia & promulgator; Euangelium illud, Ioannes primus predicauit cum mysterium Trinitatis, Incarnationis præcedentibus obuelatum, aperte prædicauit. Secundò. Veritatem hanc po-
stremam testimonio Prophetæ confir-
mat dicentes. Ecce ego misso Angelum
meum, &c. Angelus, id est, nuntius tria-
facit, Domini Aduentum præcedit; non suam, sed Domini auctoritatem
gerit; non sibi, sed Domino hospitium
parat & honorem querit. Sic Ioannes.
Tertiò, Ioannem more boni prædica-
toris non solum verbo, sed etiam exem-
plo viam Christo præparasse demon-
strat. a fol. 4 pag. 2. ad fol. 8. pag. 1.

S. THOMÆ AQVINATIS sermo
primus in Euang. tria docet, I. quod
Dominus tripliciter affliget malos in
Iudicio, disceptando, conuincendo,
condemnando, II. quod Angelus illis
similiter faciet, ad iudicium trahendo,
a bonis eos separando, in ignem æter-
num mittendo, III. quod cœlestia cor-
pora pariter affligerunt impios signis ter-
rendo, tenebris affligendo, sceleris
eorum reserando. In sermonib. Dominic.
pag. 2. col. 2. Tom. 16..

Item eiusdem sermo secundus, in quo
quinque ostendit peccatorem in die

A iudicij affligen-
tia, I. ab igne punietur, lucem abscondendo, incendendo, non
consumendo, II. ab aëre similiter, ful-
guris emissione, grandinum pluitione;
ventorum commotione. III. ab aqua
pariter, creaturas quæ ad usum erant,
occidendo, fluctibus terrendo, contra
illum excandescendo. IV. à terra eo-
dem modo, beneficia subtrahendo vo-
affligatur fame, terræ motibus concu-
tiendo, ac tandem deuorando. V. à
seipso, ex defectu omnium bonorum,
ex recordatione præteriorum, ex ex-
pectatione instantium omnium mali-
rum. Denique tres affert rationes, cur
creaturæ in iudicio sic excandescant
contra malos, in sermone Domin. pag. 2.
col. 3. 4. Tom. 16.

¶ B THOMÆ à Villanova Concio I.
de iudicio supremo, ad verba Luc. 21.
Tunc videbunt filium hominis venientem in
nube. In qua; post inuocatum diuinum
auxilium, de duobus tractare instituit.
I. Propter quod fiet iudicium. Primam
causam sumit ex natura hominis qui
solus tenet iudicio; & potest in iudi-
cio conueniri, quia liber est. Secun-
dam, Tum quia perfecta sunt Dei
opera, ad quod necesse est ut iustis
præmia, peccatoribus supplicia decer-
nat. Tum etiam, ne sit quedam inor-
dinatio in mundo, in quo mala impu-
nita, bona irremunerata maneant.

II. Agit de ipsa iudicij historia. Vbi
C primum declarat necessitatem iudicij
generalis: quia virtus non solum præ-
mium, sed & honorem: vitium non
tantum penam, sed & confusione,
promerentur. Ad quod, de confusione
impiorum multis differit; deque gene-
ralitate iudicij. Deinde tractat de ipso
iudice; quem futurum Deum & homi-
nem dicit, ut timeamus, & confidamus.
Cauendum tamen, ne in spe nimia pec-
cemos, quia agnoscit electis; Leo re-
probis. Denique hortatur ut iudicis se-
ueritatem præueniamus in delictorum
confessione & poenitentia. A folio 1.
col. 1. r̄que ad 3. col. 4.

Eiusdem Concio 2. in eadem verba
Euangeliū. Initio examinat, cur alia
aliis, omnibus tamen ferè Prophetis